

nialia simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Cum autem hec Sanctissimi consideranda commiserit Sacra Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum; Eadem Sacra Congregatio pravia matura discussione super predictis, unanimi sententia ita censuit

Est frequens, quotidianusque Sacrosanctae Eucharistiae usus a Sanctis Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquam tamen aut saepius illam percipiendi, aut ab ea abstinendi certos singulis mensibus, aut hebdomadis dies statuerunt, qui nec Concilium Tridentinum prescripsit, sed quasi humanam infirmitatem secum repaierat, nihil precipiens, quid cuperet tantum indicavit, cum inquit: Optaret quidem Sacrosanctae Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes Sacramentum Euchar. perceptione communicarent. Idque non immerito; multiplices enim sunt conscientiarum recessus, varia ex negotia spiritus alienationes; multae contra gratiae, & Dei dona parvulis concessa, quae cum humanis oculis scrutari non possumus, nihil certi de cuiusque dignitate, atque integritate, & consequenter de frequentiori, aut quotidiana vitalis panis usu potest constitui. Et propterea quod ad negotiatores ipsos attinet, frequens ad sacram alimoniam percipiendam accessus Confessariorum, secreta cordium explorantium, iudicio est relinquendus; qui ex conscientiarum puritate, & frequentia fructu, & pietatem processu laicis negotiatoribus, & conjugatis, quod prospicere eorum saluti profuturum, id illis prescribere debent. cum Beatus Apostolus noluit, eos invicem orationi, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, nisi sermo admonerent, tantum magis ob Sanctissimae Eucharistiae reverentiam continentiam vacandam, puriorque mente ad celestium epularum Communionem esse conveniendum. In hoc igitur Pastorum diligentia potissimum in-vigilabit, non ut a frequenti, aut quotidiana sacra Communionis sumptione unica precepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur; sed magis quid singulis permittendum per se, aut Parochos, seu Confessarios sibi decernendum patet; illudque omnino provident ut nemini a sacro convivio seu frequentiori, seu quotidie accesserit, repellatur; & nihilominus dei operam, ut unusquisque digno pro devotionis, & preparationis modo paratus, aut crebrius Domini Corporis Juvavitatem degulset. Item Moniales quotidie Sacram Communionem petentes admonende erunt, ut in diebus ex earum Ordinis instituto profestitutis communicent. Si quae vero puritate mentis erit, & fervore spiritus ita incaluerint, ut digna frequentiori, aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis a Superioribus permittatur. Proderit etiam praeter Parochorum, & Confessariorum diligentiam, opera quoque Concionatorum uti, & cum eis constitutum haberi, ut cum fideles ad Sanctissimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accedant, statim de magna ad illud sumendam preparatione orationem habeant, generatimque ostendant, eos, qui ad frequentiore, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere suos laici negotiatores sint, sive conjugati, sive quicumque alii suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini Iudicii formaliter discant celestem Mensam, in qua Christus est, revereri. Et si quando se minus paratos senserint, ab ea abstinere; sequae ad maiorem preparationem accingere. Episcopi autem in quorum Diocesis viget huiusmodi devotio erga Sanctissimum Sacramentum, pro illa gratias Deo agant; eamque ipsi, adhibito prudentia, & iudicii temperamento, elere debeant. & ab eorum officio postulari sibi maxime peribant, nulli labori, aut diligentiae parcendum, ut omni irreverentia, & scandali suspicio in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtutesque, ac dona in iumentibus augeantur. Quod abunde continget, si illi, qui devoto huiusmodi

studio, divina prestante gratia, tenentur, sequae sacratissimo Pane frequentius refecti cupiunt, suas vires expendere, sequae probare eum timore, & charitate assuverint; quibus Christum Dominum, qui se fidelibus manducandum, & se pretium in mortem tradidit, atque in caelesti Regno se premium est daturus, precatur Sacra Congregatio, ut suam opem ad dignam preparationem, & sumptionem largiatur. Porro Episcopi, & Parochi, seu Confessarii redarguerent asserentes, Communionem quotidianam esse de Jure Divino; doceant in Ecclesiis, seu Oratoriis privatis, ex dispensatione, seu Privilegio Pontifici, de manu Sacerdotum, sumendam Sanctissimam Eucharistiam; nec eam ullo modo deferendam in crumena, aut secreto ad existentes domi, vel cubantes in lecto, praeterquam ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca praedicta accedere non valent, & ad eos, si ab Ecclesia deferatur, publice, & cum pompa iusta formam Ritualis Romani; si vero ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam, ut circa Communionem in feria sexta Parasceve Missalis Rubrica, & Ecclesiae Romanae usui serventur. Insuper admoveant, nulli tradendas plures Eucharistiae formulas, seu particulas, neque grandiores, sed consutas, nec permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti, non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Si Parochi, & Confessarii, etiam Regulares, aut quicumque alii Sacerdotes secus egerint, scient Deo Optimo Maximo rationem reddituros esse; neque deserviam Episcoporum, & Ordinariorum iustam, ac rigorosam animadversionem in contrasacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsi Episcopi, & Ordinarii per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa. Et facta de praemis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctissimus Sua approbavit, ac praesens Decretum typis dari, ac publicari voluit. In quorum

Datum Romae 12. Februarii 1679.

F. Gard. Columna Praefectus. S. Archiep. Brancatius Episc. Viterb. Secretarius.

Die 15. Mensis Februarii 1679.

Supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit per Urbem ad Valvas Curiae, & in acie Campi Florae, ut moris est, per me Aegidium Felicem SS. D. N. Papae Curatorem.

Pro D. Mag. Curiorum Gregorius Staggius Apof. Curf.

DECISIONIS XI.

Ad Martii Quaesitum primum.

ARGUMENTUM.

Quaeritur, quae sit materia EUGHARISTIAE pro consecratione Corporis CHRISTI? ostenditur, esse Panem Azyzum in Ecclesia latina. Fermentatum in Ecclesia Graeca. Ne ignoretur ratio, & causa diversitatis, probatur, in utraque Ecclesia consecratum semper fuisse Panem azyzum usque ad annum MCLIII. quo tempore Michael Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus cepit consecrare in Pane fermentato. Brevis fit conclusio discutienda acerrima haec Controversia de fermentato, & azyzo Pane. Mendum detegitur assentientium. CHRISTUM Dominum non instituisse EUCHARISTIAM luna decimaquarta Mensis Martii, neque paschum, & crucifixum luna decimaquinta: Veritas aperitur, & firmatur.

QUAESITUM PRIMUM.

Quaenam sit Materia Eucharistiae in consecratione Corporis CHRISTI.

SUMMARIUM.

- 1. Materia Eucharistiae quaenam sit in consecratione Corporis Christi?
2. Materia eiusdem quae sit inepta?
3. Materia dubia Eucharistiae quae?
4. Materiam dubiam consecrare non licet; & opinio contraria est damnata ab Innocentio XI. anno 1679.
5. Panis azyzum in Ecclesia Latina, & fermentatus in Ecclesia Graeca est materia Eucharistiae; ex Decreto Concilii Florentini sub Eugenio IV. & ex Constitutione 12. Sancti Pii Quinti.
6. Controversia de Azyzo, & fermentato inter Ecclesiam Latinam, & Graecam cur, quomodo, & quando orta fuerit?
7. Azyzo in pane Ecclesiam Orientalem per decem prima secula Eucharistiam consecrasset probatur septem praecipuis rationibus.
8. Azyzo pane semper usa est Ecclesia Latina in consecratione Eucharistiae.
9. Michael Cerularius Patriarcha Constantinopol. anno 1053. cepit consecrare Eucharistiam in pane fermentato.
10. Michaelis Cerularii error, quod Christus consecraverit in fermentato.
11. Iudei die decimaquarta mensis Martii ad Vesperas comedebant azyza, ablato peritis fermento.
12. Phasae erat confectio agni cum azyzo pane, & lactucis aggressis die decimaquarta Martii ad Vesperas.
13. Azyzorum confectio durabat a Vesperis diei decimaquarta per septem dies sequentes apud Hebraeos.
14. Dierum legalium, naturalium, & artificialium differentia.
15. Christus Dominus consecravit Eucharistiam in pane azyzo.
16. Dies festus Paschae Hebraeorum erat decimusquintus mensis Martii.
17. Dies Martii Christi fuit decimaquinta mensis Martii, festiva Paschae.
18. Iudeorum Principes anno, quo occiderunt Christum, distulerunt Pascha ad diem decimaquarta mensis Martii, ex traditione Rabinorum contra preceptum legis.
19. Nicolaus de Lyra, seu Lyranus, fuit primus Iudeus, & Rabbini, postea Christianus, & Religiosus Oratoris Seraphici S. Francisci.
20. Julius Mavrocenus primus Iudeus, & Rabbini, scripsit anno 1683. librum contra Hebraeos.
21. Peritis in arte standum est.
22. Pentecostes dicitur a Pente, idest quinque, & a Caste, idest decem, quia quinquies decem dies decurcebant a festo Paschae ad Pentecosten.
23. Dominicus Macer laulatur.
24. Ebionite heretici volebant imitari sacrificium Iudeorum de Agno, pane azyzo, & lactucis aggressibus.
25. Fermentum nominatum in Epistolis Pontificum Melchiasis, Siricii, & Innocentii Primi, erat Panis benedictus, seu Eulogie, non autem Eucharistia.
26. Particulae consecrandae, olim appellabantur Oblatae, hodie Hostiae, Et cur?
27. Honorius Papa III. praecipit, imaginem Crucifixi insigi in Hostiis consecrandis.

Fuit in responsis dictum, esse Panem triticum, Aqua naturali confectum, igne per modum assationis decoctum, azyzum in Ecclesia Latina, in Graeca autem fermentatum. Ita ex S. Thom. 3. par. 4. q. 74. art. 3. 4. nec non ex Scoto in 4. dist. 11. par. 1. q. 6. docent Emin. Card. de Lauræa in 4. sent. tom. 1. disp. 18. art. 1. Maltrius in eodem disp. 3. q. 3. art. 1. & in Theolog. Moral. disp. 18. in n. 16. Collegium Salmanticense. in Cursu Theolog. Moral. tom. 1. tr. 4. de Sacram. in gen. cap. 4. punct. 1. Lessius in opere Posthum. de Sacram. Euchar. q. 74. art. 3. & alii DD. per me allegati in Decisionibus Anni 1687. De Sacramentis in genere, ubi docui, esse materiam ineptam, & invalidam pro conficienda Sanctissima Eucharistia Panem ex Avena, Hordeo, Rideo, Castanea, ex Mellica, Surgo, seu Frumentano, ac ex Farina Amygd. & ulterius eadem ineptitudinem, & invaliditatem affici Panem triticum, si coagulatus fuerit aqua rosacea, vel alio liquore maiorem quantitatem aquae naturalis superante, vel si fit compositum cum multo butyro, adipis, pipere, melle, aut saccharo, quales sunt vulgo i buzzoladi & fossococetti. Et tandem non esse materiam sufficientem triticum panem crudum, vel aqua elixum veluti passa cruda, lagana, pulvis, & passilli farinae, vulgariter Macharoni, ex traditis a Bonacina tom. 1. de Sacram. Euchar. disp. 2. q. 2. punct. 1. à Vulpio in res. Moral. disp. 31. à Laym. lib. 5. tract. 4. cap. 2. à Summa Diana Verbi Materia Euchar. & Gobato in Theol. exp. prim. tract. 3. à num. 26. qui omnes Auctores advertent, esse Eucharistiae materiam dubiam panem à Zea idest (Spelta) Siligine, seu Secala, aut Farre; vel si cum farina triticea immisceatur aliquid olei, butyri, mellis, pipere, seu adipis; vel conficiatur Hostia ex Tipha, aut cum aqua maris, vel cum cinabrio rubro, quales sunt hostiae ad figillandas litteras, aut etiam cum aqua rosacea; e ratione, quia panis triticus, ut sit materia apta ad consecrandum Corpus CHRISTI, debet esse panis usualis, quo usus est ipse Dominus in consecratione; videlicet compositus ex farina triticea, & aqua naturali, & ita coctus igne, ut per cum assuet, vel torreatur, sive in furno, sive sub cineribus, sive in frixorio, aut fero calido. Ex quibus sequitur, non esse licitum celebrare Missam, seu consecrare Eucharistiam cum materia dubia. Diana Coordinatus tom. 2. tract. 6. resolut. 1. de Euchar. cap. 11. Chapeavil. De modo administr. Sacram. tempore Pestis cap. 4. qu. 19. & Suarez de Euchar. disp. 44. sect. 1. Vers. tertio. Quos bene citat, sed male dedit, contrarium etiam probabile dicens Gobatus in sua Theolog. exper. tract. 3. num. 33. & 34. Praecipue post damnatas propositiones ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. Propositione prima, ut novissime notat P. Thyrsus Gonzalez in Fundament. Theolog. Moral. Dissertation. X. n. 19. subdens Ministrum Sacramentorum teneri ad apponendam materiam, & formam certam; graviterque peccare, & sacrilegium committere, si extra casum necessitatis utatur materia, vel forma dubia, aut incerta, omnia certa; etiam si faciat sequendo opinionem probabilem speculativè; aut etiam probabiliorum, vel probabilissimum de veritate, & sufficientia illius ad Sacramenti valorem. Porro Eucharistiam non esse medium necessarium salutis, saltem in re, habetur ex S. Thom. 3. par. 4. q. 73. art. 3. Ex Scoto in 3. dist. ult. Quaes. Unica. D. & docent inter Scholasticos, Gonetius tom. 5. de Sacrament. Euchar. secundum se disp. 2. art. 4. §. 2. Emin. Card. de Lauræa d. tom. 1. in 4. sent. disp. 25. art. 1. & in-

& inter Morales Villalob. in summa tom. 1. trad. 7. diffic. 5. num. 5. Reginald. lib. 29. num. 8. & Bonacina, alios cumulatim, tom. 1. de Sacram. Euchar. disp. 4. q. 1. p. 3.

Fuit autem dictum, quod Panis, pro materia Eucharistiae, debet esse azymus in Ecclesia Latina; at fermentatus in Ecclesia Graeca; quia etsi in utroque pane valide consecratur Corpus Christi, ut definitum fuit ab Eugenio IV. in Concilio Florentino, & ibi habetur in Litteris Unionis, §. Item in Azymo: Et notant omnes Theologi, inter quos idem Emin. Card. de Laurca d. tom. 1. disp. 18. num. 20. & Emin. Card. de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 4. n. 7. Gonet. d. tom. 5. de Materia Euchar. disp. 3. n. 7. Mastrius d. tom. 4. in 4. sent. disp. 3. n. 80. & in Theolog. Morali disp. 18. n. 17. Nihilominus prohibitum fuit a Sancto Pio Quinto in Constit. XII. Incipien. Providentia Romani Pontificis, tam Latinis consecrare in fermentato, quam Graecis in azymo, sub quovis pretextu, sub pena suspensionis à Divinis; à qua, non video, quomodo praeservare transgressores possit opinio Moralistarum alter sententium, quos allegat, quavis non sequatur, Diana Coordinatus tom. 2. trad. 1. ref. 205. & 206. quarum prior est in Veteri part. 3. trad. 6. resol. 99. posterior part. 10. trad. 16. resol. 40.

Et quoniam dedecet Ecclesiasticos ignorare causam, & tempus diversitatis Ritus, quos utraque Ecclesia servat, Occidentalis scilicet, & Latina consecrando Panem Azymum; Orientalis verò, & Graeca Panem Fermentatum; referenda hic summam est Historia, & Controversia de Azymo in tribus sequentibus conclusionibus.

Prima Conclusio. Utraque Ecclesia Occidentalis, & Orientalis, Graeca, & Latina celebravit in azymo ab initio Christianae Religionis usque ad tempus Michaelis Cerularii Patriarchae Constantinopolitani, videlicet usque ad annum millesimum quingagesimum tertium, sub Leone Nono Summo Pontifice Romano. Hujus conclusionis propugnator est Eminentiss. Cardin. Bellarminus lib. 4. de Eucharist. cap. 7. cuius haec sunt verba: Hec controversia circa annum Domini MLIII. est orta, ut Leo Papa Nonus testatur in Epist. ad Michaelem Episcopum Constantinopolitanum cap. 1. tunc enim primum Graeci reprehendere ceperunt Latinos, quod azymum panem in Sacram. Euchar. assumerent. Quod autem ipsa Ecclesia Graeca per praedictum decem saeculorum cursum semper consecraverit in azymo, & abstinerit à fermentato, probatur.

Primo: quia Sancti Patres Graeci tenerunt, & docuerunt, Christum Dominum instituisse Sanctissimam Eucharistiam in azymis (quod inferius demonstrabitur) ac proinde eos fuisse semper sectatos exemplum Christi; qui non adhibuit in consecratione sui Corporis fermentatum panem; ut docent Origenes trad. 37. in Matthaeum. S. Jo. Chryostomus in eundem Homil. 35. Theophilus qu. 24. in Exod. Et alii, quos citant Emin. Cardin. Bellarm. lib. 4. de Eucharist. cap. 8. Vasquez disp. 172. cap. 2. Hugo Cardin. in Comment. in Joann. c. 13. & novissime duo Graeci eruditi scriptores, Gennadius in Apologia adversus Marcum Ephefum; & Arcudius lib. 3. de Sacram. Eucharistia cap. 5. & 6.

Secundo probatur ex verbis S. Epiphani, qui referendo errores Ebionitarum haeres. 30. sic ait: Baptisma porro etiam ipsi accipiunt praeter hoc, quod quotidia baptizantur, & in aquis se mergunt. Mysteria autem faciunt ad imitationem Sanctorum in Ecclesia, ab anno in annum per Azymos, id est non fermentatos panes; & alteram Mysterii partem per aquam salam. Si igitur celebrant Mysteria, id est Sacrificium Missae, per Azymos, ad imitationem Sanctorum, ipsi Ebionitae, qui in primo saeculo fuerunt. Cardinal. Baronius, & Spondan. Ann. 34. dicendum sequitur, Sanctos Patres Graecos primi, secundi, tertii, & quarti saeculi solitos fuisse consecrare in Azymo, teste S. Epiphanio

Salaminze Cypr. Episcopo, qui floruit quarto saeculo sub Valente, Gratiano, & Theodosio Augustis. Eminentiss. Cardinal. Bellarm. de Scripturis Ecclesiast. Anno 370.

Tertio probatur ex verbis S. Jo. Chryostomi in epist. 1. ad Corinth. cap. 5. sic dicens: Primum autem dicamus, quamobrem ex omnibus fructibus fermentum expellitur. Quodnam hoc enigma? Oportet ut omnem malitiam fidelis abiciat; ut enim Judaeus perit, cum apud eum vetus invenitur fermentum; sic apud nos, in quo invenitur malitia. Ex hac fermenti detestatione S. Jo. Chryostomus in azymis consecravit, & apud alios SS. Patres Graecos eundem ritum Azymorum in usu fuisse, tenet Theophylactus Commentar. in Matth. cap. 26. Marc. c. 14. Luc. c. 22. & in Epist. 1. ad Corinth. c. 5. & Arcudius d. lib. 3. de Sacram. Euchar. c. 5. & 6.

Quarto probatur ex communi sententia gravissimorum Virorum, quos citat P. Macedo in Disquis. de Azymo cap. 13. & Emin. Cardin. Bona Rer. Liturgic. lib. 2. cap. 23. num. 1. attestantium Armenos à tempore S. Sylvestri Papae semper consecravit in azymo, quod corroboratur tum ex Metaphraze apud Surium die 30. Mensis Septembris, tum ex Epist. 1. Gregorii Papae VII. lib. 8. Epist. fidei censis ad Episcopos Armenos: Quia cognovimus Ecclesiam vestram Azymo sacrificare, & ob hoc à Graecis dumtaxat imperitis, quasi de haeresi reprehendit. Porro in Synodo Trullana, quae celebrata fuit anno 707. in Canon. 32. Armeni reprehenduntur, quia solum vinum sine aquae admixtione in Sacro Altaris ministerio adhibebant; nulla autem nota istidem inferunt, quod in azymis consecrarent. Ergo validum resultat argumentum, quod Ecclesia Orientalis cujus Episcopi Graeci dicto anno fuerant ad Synodum convocati in Trullo, id est Constantinopoli, in Imperiali Palatii Secretario, superne fornicato; ritum panis azymi retinebat, & nequaquam in fermentato SS. Eucharistiam consecravit; aliis redarguissent Armenos non solum, quod sine aqua consecrarent, sed etiam quod fermentatum Panem non adhiberent.

Quinto pariter probatur ex insigni illa molestia, quam Photius Patriarcha Constantinopolitanus anno 867. intulit Nicolao Papae, & toti Latinae Ecclesiae, illum criminando, quod Sabbato jejunaret, quod Presbyteris nuptias prohiberet, quod istidem, ne infantes in fronte Sacro Chrysmate figerent, veteret, & alia de quibus Eminent. Cardin. Baronius d. anno 867. sed inter cetera, quod permetteret in Pascha Agnum assum benedicendum in Altari poni; nihil autem Photius locutus fuit de pane azymo, in quo Occidentalis Ecclesia consecravit, unde desumitur concludens argumentum, quod eadem Ecclesia Orientalis non erat in hoc ritu differens à Latina; alioquin si hanc suggillabat, quod more Judaeorum admitteret Agnum assum in Altari; quomodo eam Photius non esset criminatus, quod etiam azymum panem consecraret; nisi omnes Graeci eundem ritum panis azymi tunc retinissent? Ita eruditio calamo P. Macedo d. Disquis. de Azymo cap. 3. pag. 36. Vers. Adhibeanus.

Sexto idem probatur, quia Michael Cerularius dicto anno 1053. alive Graeci Patres, contra quos disputarunt Legati Apostolici missi à Leone Nono Constantinopolim, super praeterito ritu fermentati, numquam allegarunt antiquum, seu immemorabile consuetudinem; quod quidem fecissent, si panis fermentatus in anteaetis saeculis fuisset in usu; ut constat ex Opusculo Humberti Cardinalis adversus eundem Graecos in Bibliothec. Patrum tom. 11. Quod neque fecerant in Concilio Florentino tempore Eugenii Quarti, in quo disputarunt de sufficientia panis fermentati pro consecratione, non autem de immemorabili consuetudine ab initio Orientalis Ecclesiae, & praeconum Patrum ejusdem.

Septimo: Quia cum Nestorius Haeresiarcha anno

429. docuisset, esse consecrandam in fermentato, ut diximus supra Dec. 6. pag. 17. Statim Oecumenica Concilia Orientalia ejus doctrinam damnarunt; ut docet Salelles lib. 3. cap. 9. Regul. 244. num. 127. quod non fecissent, si Ecclesia Orientalis solita fuisset consecrare Eucharistiam in pane fermentato.

Quod autem Eucharistiam ritum azymi Ecclesia ab initio, & semper servaverit ritum azymi panis in consecratione Divinae Eucharistiae pariter probatur.

Primo ob exemplum CHRISTI DOMINI, de quo infra; & traditionem Apostolorum, à quibus hunc ritum, praecipue ab Apostolorum Principe fuit edocta; ut bene Leo IX. in epist. 1. c. 5. contra eundem Michaelem Cerularium dedit his verbis: Ecelestiam post mille, ac ferme viginti à Passione Salvatoris nostri annos, incipit per vos discere Romana Ecclesia, qualiter memoria Passionis sit recolenda; quasi nihil ei consuleret presentia, convocato, & instructo, seu quia gloriosissimus Deus mos pretiosa illius Senis, cui specialiter Christus Dei viri dicit: Beatus et Simon Bar-Iona. Et in eadem Epist. cap. 6. Non ergo perpenditis, quanta imprudentia dicitur Patri, qui est in Galis, abscondisse à Principe Apostolorum Petro cultum, seu ritum visibilis Sacrificii, per dispensationem Unigeniti Filii sui, cui per semetipsum revelare dignatus est illud ineffabile arcanum invisibilis Divinitatis Jesum Filii sui. Fateri aperte in his verbis Romanus Pontifex, Ecclesiam Romanam servare ritum panis azymi in Sacrificio Missae receptum ab Apostolorum Principe Petro. Idem professus est Greg. VII. in lib. 8. Epist. Pontific. ep. 1. & Innoc. III. lib. 4. de Miss. Missae. 4. ibi: Non fermentatum, sed Azymum consecramus, nam secundum Apostolum Pascha nostrum immolatus est Christus; itaque epulemur non in fermento veteri, nec in fermento malitiae, & nequitiae, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Quare Humbertus Cardin. in supradicto Opusculo subdit: Vestra dupliciter suo fermento contenta, Romana, & Latinae simplicitati Azymum extorquere debent; & mox: Prima scilicet Ecclesia ad haec moderna tempora, sicut ab Apostolis accepit, fideliter retinuit. Non haec dixissent Romani Pontifices, & eorum Legatus in faciem totius Ecclesiae Orientalis; si semper, atque tempus Ecclesia Occidentalis ritum azymi Panis, ab Apostolis acceptum non custodisset.

Secundo probatur ex eo, quod per decem integra saecula, à principio scilicet Ecclesiae usque ad motum controversiarum de Fermentato per Michaelem Cerularium; nullus ex tot, & tantis Doctoribus, & Scripturibus Ecclesiasticis annotavit, Ecclesiam Latinam in fermentato pane consecravit, sed à contra omnes Sancti scribentes summis laudibus Azyma extulerunt, & fermentum execrati sunt, cum istud mstitiam, illud puritate exprimat; quod quidem non fecissent, nec facere potuissent, si Sanctissimam Eucharistiam consecrassent in pane fermentato consecrare. Extant memoriae varietatis aliorum rituum, seu caeremoniarum in diversis Ecclesiis, scilicet Ambrosiana, Aquilejensi, Gallicana, Hispanica, Africana, de quibus S. Aug. in Epist. ad Casulanum. Et lib. 6. Confess. Sed mutationis panis azymi nullum est testimonium: ea ratione, quia concorditer semper, atque semper omnes Ecclesiae in azymo consecraverunt, sequor exemplum Apostolorum, & Praeceptum Divi Pauli 1. Cor. 5. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiae, & nequitiae; sed in azymis sinceritatis, & veritatis.

Tertio ad probationem majorem sunt referenda hinc nonnulla SS. PP. testimonia. Anno 260. S. Cyprianus Martyr in Sermone in Cena Domini, loquens de SS. Eucharistia ait, inter cetera: Panis itaque hic Azymus, cibis verus, & sincerus, per speciem, & Sacramentum nos tactu sanctificat, fide illuminat, veritate Christo conformat; & sicut panis communis,

quem quotidie sumimus. Vita est corporis, ita Panis iste supersubstantialis Vita est animae, & sanitas mentis. Et paulo post: Quibus unus est panis unum est corpus; & unum est cor; & anima una ubi Christo adherens; cetera omnia quasi fermentata respiciens in unum Azymis sinceritate latatur. Et inferius: Non oportet esse fermentarios nisi testamenti ministris; parat, sincerisque membris sanctum queri Convocatum. Anno 390. S. Gaudentius Episcopus Brixiae ita scripsit epist. 2. in Enoch. Cava etiam Agni cum Azymis panibus; & lactuvis agrestibus est edenda, ut cum Corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris floribus affligamus. Anno 410. S. Hieronymus in e. 1. Epist. ad Titum prope finem inquit: Si quis Pascha agit non in Azymis sinceritatis, & veritatis, ut exterminet ex anima sua omne vetus fermentum malitiae, & nequitiae; iste attendit sabulum, & umbras sequitur. Ann. 430. S. August. Sermon. 6. de Verbis Apostoli cap. 5. ita subdit: Celebratur Pascha in veteri populo sicut Nobis occasione Agni cum azymis. Notetur ly sicut Nobis. Et notans differentiam inter ritum Pascha, & illud Judaeorum eam tantum ponit in diversitate Agni, dicens lib. 2. contra Iul. Petilianum. Aliud est Pascha, quod abducit ille de ovo celebrant; aliud autem quod non in Corpore, & sanguine Domini accipimus; servata scilicet in reliquo azymi panis qualitate. Et lib. 3. c. 11. contra Faust. Facta comparatione utriusque Pasche, mysterium explanans subdit: Azyma verò, qui vestra fides Christianae sunt, non in fermento veteri vicia; sed in ipsius fidei veritate, & sinceritate custodiunt. Anno 600. S. Gregorius Magnus relatò à S. Thom. 3. part. quesi. 74. art. 4. dicit in Registro: Romana Ecclesia offert azymos panes, propterea quod Dominus sine ulla commixtione suscepit carnem. Sed quoniam hodie hoc testimonium in libris S. Greg. non invenitur, quavis valde deferendum sit auctoritati S. Thom. illum referentis, etiam lib. 4. Gent. cap. 69. Et in Opus. 1. contra errores Graecor. circa finem cap. 68. alius locus asseri potest, scilicet rom. 2. Hom. 23. ibi: Edenti Carnes, & azymos panes; ubi S. Doctor explicat: Nolle agnum comedimus, quia modo in Sacramento Dominicum Corpus accipimus, quando adhibet imbecitas nostras conscientias non videmus. Et paulo post: Panes sine fermento comedit, qui rella opera sine corruptione vanagloria facit. An. 825. Rabanus Maurus Natione Germanus, Abbas Fuldenfis, & Episc. Moguntinus in lib. 1. de Instit. Cleric. c. 31. loquitur manifeste his verbis: Ergo panem infermentatum, & vinum aqua mixtum in Sacramento Corporis, & sanguinis Christi sacrificari oportet. Et iterum: Quod autem Panem sacrificii sine fermento esse oportet, testatur liber Leviticus, ubi commemoratur Dominum per Moysen ita praecipisse: omnis, inquit, oblatio, quae offertur Domino, absque fermento fiat. Plurima SS. PP. loca alia, quibus probari potest antiquitas illius temporibus panis fermentati proscriptio ab Eucharistica mensa in Ecclesia Latina, congerit P. Macedo in citat. Disquis. de Azymo c. 5. & Ciampinus eod. trad. c. 3. ubi ex professo de saeculo in saeculum adducit testimonia probantia, ab initio Ecclesiae, per annos mille, semper apud Latinos Eucharistiam fuisse consecram in Azymo Pane.

Quarto confirmatur inveteratus, & semper custoditus ritus azymi Panis in Ecclesia Latina testimonio omnium DD. qui post motam controversiam à Michaelae Cerulario, eandem evolutur; omnes enim professi sunt, per omnia evoluta saecula juxta traditionem Apostolorum, & exemplum Christi, Occidentalem Ecclesiam Eucharistiam in azymo Pane consecravit, ut videri potest, praeter S. Thom. S. Bonav. & Scotum, apud Abulens. par. 2. defen. in X. capit. Franciscum Riberam lib. 5. de Templo cap. 3. & seq. Marcell. Francolin. De Horis Canonice cap. 5. & seq. Card. Bellarm. de Sacram. Euchar. lib. 4.

lib. 4. n. cap. 4. ad XII. Suarezium de Eueb. disp. 44. Henric. de Sacram. Eueb. c. 10. & Vasquezium de ead. Eueb. sac. disp. 162. Et hæc de prima conclusione.

Secunda Conclusio. Michael Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus, & cum eo Nicetas Abbas Pello-ratus, alique Greci, dicto seculo 1053. introduxe-runt Panem fermentatum in consecratione Eucharistia; falso opinantes, CHRISTUM DOMINUM consecrasse suum sanctissimum Corpus in pane fermentato, utpote quia id egerit, non decimaquarta luna in Vespere, quando comedebat Agnus cum azymis, & lactucis agrestitibus; sed luna decima tertia: ita ut passus non fuerit luna decima quinta, que erat prima dies sol-emnis Pasche azymorum, sed die precedenti. Hoc esse fundamentum Ecclesie Orientalis, & fuisse motivum Michaelis Cerularii, & sequacium testantur tum Leo Nonus in Epistol. 6. dicens: Adstruere conantur, fer-mentatum fuisse panem, quo Dominus Apostolis suis Corporis sui Mysterium in cena comendavit. Tum In-nocentius Tertius lib. 4. de Myller. Missæ c. 4. in illis verbis: Greci, in suo pertinaces errore de fer-mentato consuevit; asserentes in Parasceve lunam de-cimam quartam extitisse; in qua verus Agnus est im-molatus, ut legis impletur figura, que luna 14. pri-mi Mensis Paschalem Agnum iusserat immolari. Tum etiam S. Thomas qui in 4. dist. 11. qu. 2. ad 3. inquit: Greci asserere voluerunt, Dominum in fermen-tato consecrasse. Et quia tres Evangeliste concorditer dicunt, prima die Azymorum Dominum instituisse hoc Sacramentum, in tantam insaniam quidam ex eis pro-porperunt, ut dicerent, Evangelistas illos falsum scri-psisse; & a Joanne fuisse correctos.

Ut autem manifestè cognoscatur error prædictus, cui Greci innotuit; supponendum est: Primo, præ-ceptum fuisse Judæis, ut quolibet primo Mensen-arii, idest Martii, die decimaquarta ad vespertas co-mederent agnum assum, cum pane azymo, & lac-tucis agrestitibus, ablato penitus fermento per septem dies sequentes; sic enim legitur Exod. c. 12. Deci-ma die Mensis huius tollat unusquisque Agnum per fam-iliam, & dono: suas, & servabitur cum usque ad quartam decimam diem mensis huius; immolabitque eum utrovisque multitudine filiorum Israel ad Vesperam. Et edent carnes nocte illa essas igni, & azymus pan-er, cum lactucis agrestitibus. Et infra: Habebitis au-tem hanc diem in monumentum, & celebrabitis eam solemnem Dominus in generationibus vestris cultu sem-piterno. Septem diebus azyma comedetis; in die primo non erit fermentum in domibus vestris; quicumque comederit fermentum, peribit anima illa de Israel, a primo die usque ad diem septimum. Dies prima erit sancta, atque solemnis, & dies septima eadem festi-vitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, excep-tis his, que ad descendendum pertinent. Et paulo post iterum: Primo mense, quatuordecima die Mensis ad Vesperam comedetis azyma usque ad diem vigesimam primam eiusdem Mensis ad Vesperam. Septem diebus fermentatum non invenietur in domibus vestris. Has eisdem solemnitates præcepit Deus in Levit. c. 23. ibi: Mense primo, quatuordecima die mensis ad Vesp-eram Phasæ Domini est: & quinquadecima die mensis huius solemnitas azymorum Domini est. Septem die-bus azyma comedetis; dies primus erit vobis celebra-rimus, sanctusque; omne opus servile non facietis in eo. Supponendum Secundo, quod in decimaquarta die, huiusce primi mensis incipiebant due solemn-i-tates: Una, que dicebatur Phasæ, & consistebat in comestione agni ad Vespertas, cum azymis, & lac-tucis agrestitibus; & hæc dicebatur comedere Pascha; fiebatque semel in Vespere ipsius diei decimæ quartæ tantum. Alia solemnitas erat manductio azy-morum, que durabat usque ad diem vigesimam pri-mam eiusdem Mensis inclusive. De prima dicitur Levit. 23. 5. Mense primo, quatuordecima die Mensis ad Vesperam, Phasæ Domini est. Item Deuteron. 16. 6.

Immolabis Phasæ Vespere ad solis occasum, quando egressus es de Aegypto. De secunda autem Levit. ca-dem cap. 33. 6. Quindecima die Mensis huius soli-mnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma co-medetis. Dies primus erit vobis celebrativus, sanctus-que; omne opus servile non facietis in eo. Item Deu-teron. 16. 3. Non comedetis in eo panem fermentatum. Septem diebus comedetis absque fermento assitionis pan-em. Supponendum est tertio quod aliter accipiebantur dies legales, aliter dies naturales, & aliter dies artificiales. Incipiebant legales dies à Vespere præ-cedentis diei, usque ad Vesperam subsequens; iuxta illud Levit. 23. 32. A Vespere usque ad Vesperam celebra-bitis Sabbata vestra. Eo modo, quo nunc in Ecclesia, festa incipiunt quoad officium à prima Vespere usque ad secundam. S. Thom. in 4. dist. 11. q. 2. art. 2. quæstione. 3. ad 3. Dies naturales accipiebantur vel à media nocte antecedenti usque ad mediam noctem subsequentem; sive ab ortu solis in ortum subsequen-tem, ut innuit D. Thom. ibid. Dies artificiales condi-tingebantur etiam ficut modo dicuntur noctem; itant comprehendere tantum illud spatium, in quo lux so-lis apparebat. Gonet. tom. 5. de Sacram. Euchar. disp. 2. num. 99.

His præsuppositis facile probatur CHRISTUM DOMINUM instituisse SS. Eucharistiam in Pane azymo; siquidem id egit die decimaquarta primi Men-sis ad Vesperam; quando comedendus erat Agnus, & prohibitum erat fermentum juxta supranotatas scrip-turas. Id testatur expressè omnes Evangeliste. Nam S. Matth. 26. 17. ait: Prima autem die Azymorum ac-cesserunt discipuli ad Jesum, dicens: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? Sed Pascha comedebatur die de-cimaquarta primi mensis ad Vesperam, & tunc in-cipiebat primus dies legalis azymorum. Deinde: Et fecerunt discipuli sicut constituit illi Jesus, & pa-raverunt Pascha, Vespere autem factò discumbat cum duodecim discipulis suis. Et paulo inferius: Cannan-ibus autem eis accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit; deditque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite, hoc est Corpus meum. At in hoc Vespere ut notatum est, panis fermentatus haberi non poterat. Ergo Dominus JESUS consecravit Corpus suum in pane Azymo. Pariter S. Marcus Evangelista cap. 14. 12. scribit: Et primo die Azymorum, quando Pascha immolabant, dicitur ei discipuli, Quis vis carnis, & paremus tibi, ut manducetis Pascha? Et facta præ-paratione sequitur, Vespere autem factò, venit cum duo-decim, & discumbentibus eis, & manducantibus ait JESUS, se ab uno ex eis esse tradendum; Deinde: Et manducantibus illis, accepit JESUS panem, & be-nedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est Corpus meum. Similiter S. Evangelista Lucas cap. 22. 7. ita narrat: Venit autem dies Azymorum, in qua nec-esse erat occidi Pascha: Ergo die decima quarta Men-sis primi ad Vesperam. Sequitur textus: Et parave-runt Pascha. Et cum facta esset hora, discubuit & duodecim Apostoli cum eo; & ait illis: Desiderio desi-deravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam pa-triar. Subindè: & accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Tandem S. Joannes Evangelista notat cenam pascha-lem factam à Domino cum discipulis Ante diem festum Pasche. Joan. 13. 1. Sed dies festus Pasche erat dies decimus quintus mensis. Ex Exod. 12. & Levit. 23. su-pra relatis. Ergo conclusivissime constat, Salvo-rem nostrum Sanctissimum Eucharistiam consecrasse luna, seu die decimaquarta primi Mensis, post illius diei secundas Vespertas, que erant primæ Vespere diei decimæ quartæ, festivæ, tamquam primæ ex sep-tem diebus azymorum: cumque dicto Vespere lunæ decimæ quartæ prohibitus esset Panis fermentatus, to-tus Panis Azymus fuit in cena; & in eodem Azymo suum Corpus consecravit. Ita semper tenuit, & tenet Eccle-

Ecclesia Latina, de hac veritate à SS. Apostolis edo-cta, ut tradunt omnes Catholici Scriptores. S. Thomas 3. p. qu. 74. art. 4. & in 4. sent. dist. 11. qu. 2. ibid. S. Bonaventura art. 2. quæst. 1. & Scotus dist. 11. qu. 6. Emin. Card. Bellarm. lib. 4. de Eucharist. cap. 8. Cardin. Baronius in Annalib. ann. Christi 34. Sallia-nus ad Annum Mundi 4084. num. 5. & 14. Torniel-lus ad Mundi annum 4084. n. 8. & ex Scolasticis modernis Gonet. dist. tom. 5. de Sacram. Euchar. d. disp. 2. art. 5. Agudus de Sacram. Eucharistia part. 4. cap. 2. nec non Emin. Card. de Lauræa d. tom. 1. in 4. sent. disp. 18. art. 2. atque Leonardus Lessius quæst. 74. de Sacram. Eucharist. art. 4.

Cæterum Orientalis Ecclesia, quæ tuetur fermen-tatum, plurima huc veritati opponit. 17. Primo: Dies ille, quod Dominus est occisus, non fuit festus. Ergo non est occisus luna decima quin-ta; sed decima quarta; & ex hoc sequitur, Redem-ptorem comedisse Pascha die decima tertia ad Vesp-eram, quo tempore erat licitus Panis fermentatus. Probat antecedens. 1. Quia Judæi dixerant in Concilio, esse quidem tradendum morti CHRIS-TUM, sed non in die festo, non forte tumultus fieret in populo. Mar. 14. 2. Quia diebus festis prohibi-ta erant Judicia; & eo die 15. Mensis Judæi ac-cusarunt, & condemnarunt Christum. 3. Quia in die festo non erat licitum emere, & vendere, sed eodem die mortis Domini Joseph emit Sindonem Marc. 15. & Mulieres paraverunt aromata. Luc. 23. Sed respondetur ad Primum, tumisive quidem Judæos in Concilio, ne fieret tumultus in populo, si Chris-tus detineretur in die festo; sed cum Judas obtu-lisset, fuit eum nocte traditum, cessavit timor, & in die festo morti tradidit. Ita Lessius in opere Posthum. de Sacram. Euchar. d. q. 74. n. 20. in fine. Ad Secundum respondetur, Non constare ex scri-ptura, adus Judiciale in festo fuisse prohibitos; & quatenus esset prohibitio, Judæi prævaricare legem non timerunt, parati Innocentem occidere. Gonet. d. disp. 2. n. 114. ad Quartum, & Lessius ubi supra à n. 20. in fine. Ad Tertium respondetur: Emptio-nem, & venditionem pro operibus misericordie non fuisse prohibitam in die festo, prout erat mortuum sepelire; Sanctus Thom. ubi supra in 4. dist. 11. quæst. 2. Eminent. Cardin. Baron. anno 34. nu. 33. exemplificans de Tobia cap. 2. & de circumfione, quæ fiebat etiam in die festo. Agudus d. tract. de Sacram. Euchar. part. 4. cap. 1. à n. 12. & seqq.

Secundo obijciunt Greci, quod Christus non sit mortuus decimaquinta Luna Mensis primi, sed de-cimaquarta, eò quia de Judæis dicitur, quod in die Passionis Domini, ipsi non introierunt in Prætorium, ut non contaminarentur; sed ut manducarent Pascha. Joan. 18. 28. Et quod erat Parasceve Pasche. Joan. 19. 14. idest Preparatio, seu Vigilia Pasche; & insinuerunt apud Pilatum, ne remaneret in Cruce corpora Sabbato, Erat enim magnus dies ille Sabba-ti. Joan. 19. 31. Ex quibus inferunt Greci eam diem, qua Christus mortuus est, fuisse decimam quartam, in cuius Vespere Pascha manducandum erat, & incipiebat prohibitio panis fermentati; & per consequens Redemptorem instituisse Eucharistiam antecedenti die ad Vesperam, in qua adhuc erat li-citus Panis fermentatus; idest luna decimatertia.

Unica responsione evacuant supradicta objecta Ly-ranus, Paulus Burgensis, Catherinus, & alii quos citant, sed non sequuntur Lessius d. q. 74. n. 22. & Gonet. d. disp. 2. n. 111. dicendo quod Judæi ex fuo-rum Rabbiorum doctrina, & dispensatione disful-erant comestionem Agni ad Vesperam diei Vene-ris decimiquinti; ita ut prima dies azymorum fuit pro ipsis dies Sabbati; qui propterea dicebatur Ma-gnus ob duplicem solemnitatem, & quia erat Sab-batum, & quia erat primus dies Azymorum; At Sal-vator noster juxta legem manducavit Pascha in Vesp-ere De Sacramento Eucharistia.

re diei Jovis præcedentis, ut supra probavimus. Hæc responsio non est spernenda, ut infra videbimus. Cæterum, quia pluribus Doctoribus non aridet, cum eis non videatur innoxia solido fundamento; respondet, quod Judæi non introierunt in Prætorium, ne contaminarentur, sed ut manducarent Pascha; in-telligentes pro ly Pascha non eum Agni, qui fuerat immolatus Vespere antecedenti, sed eum panis azy-mi, & aliarum victimarum Paschaliu, quæ Deo offerebantur singulis illis septem diebus. Agudus d. part. 4. cap. 1. n. 13. Præterquamquod omnes septem dies Azymorum dicebantur Pascha, ut no-tat Barrad. in Itiner. Filior. Israel lib. 2. cap. 22. n. 23. ubi allegat exemplum Herodis, qui cum car-cerasset S. Petrum in diebus azymorum volebat post Pascha producere eum Populo. Ad. 12. Pariter re-spondet, quod ead dies mortis Domini dicebatur Parasceve Pasche, idest dies Veneris secunda Azymo-rum, in qua Judæi de more præparabant cibos pro sequenti die Sabbati; & ex hoc vocabulo nihil de-ductum, quod demonstrat, Sabbatum sequens fuisse primum diem Azymorum, nam omnis sexta feria vocabatur Parasceve. Et non sine Mysterio in E-vangel. postea vocatur Parasceves Judæorum Jo. 19. 42. ut sciremus esse solitum diem, quo Judæi præpara-bant necessaria pro sequenti die Sabbati. Tandem insinuerunt Judæi, ne remaneret in Cruce corpora Sabbato, quia secundum legem suspensi in parabulo eadem die sepeliendi erant. Deuter. 21. 23. Dice-batur autem Magnus dies ille Sabbati; quia, præter solitam Sabbatinam festivitatem, erat unus ex sep-tem diebus azymis, in quorum finibus victimæ Deo macabantur; juxta illud Deuter. 16. 2. Im-molabis Phasæ Domino Deo tuo de ovibus, & de bobus. Et 2. Paralip. 35. 8. Dederunt Sacerdotes ad faci-endum Phasæ pecora commixta duo milia sexcen-ta, & boves trecentos. Levitis quoque milia peco-rum, & boves quingentos. Ita supracitati DD. Lessius d. quæst. 74. n. 22. & 23. Gonet. d. disp. 2. de Sacram. Euchar. n. 114. & Eminent. Card. de Lauræa d. tom. 1. in 4. sent. disp. 18. n. 32. Qui cum aliis supra allegatis firmant, esse veritatem in-refragabilem, quod CHRISTUS FILIUS DEI, qui venerat, non solvere legem, sed adimplere. Matt. 5. 17. manducavit Pascha cum discipulis suis, non luna decimatertia, sed luna decimaquarta post Vesp-eras illius diei, quando jam inceperat præceptum legale Panis azy-mi, & in eo consecravit suum Sa-cratissimum Corpus.

Ego autem supracitatorum DD. opinionem vene-ratus, & eorum sufficientes responsiones amplexus; non essem difficilis in admittenda sententia, que dicit, Judæorum Principes, Rabbiorum traditiones sequutos, distulisse agni cenam legalem ad lunam decimaquintam post Vesperam; idest fero diei Veneris Sancti, in quo passus est FILIUS DEI, & pri-mum festum diem Azymorum esse celebratum, eo anno, ab eis luna decimatertia, idest die Sabbati fe-quentis. Moveor ad hanc sententiam approbandam, Auctoritate, & Ratione. Desumo Auctoritatem ab om-nibus DD. & SS. PP. qui eam docuerunt, quocitat Vasquez disp. 172. cap. 2. & Maldonatus Matt. 26. inter quos S. Joan. Chryl. Hom. 84. in Joan. & Ru-pertus Abb. in Exod. 19. præcipue Nicol. de Lyra; qui primum fuit Rabbini inter Judæos, antequam ad fidem Christianam converteretur, & ingrederetur Se-raphicam Religionem; quam decoravit eruditissimis libris relatis à Card. Bellar. lib. de Script. Ecclesiast. Anno 1320. cui jungo modernum quidem alium Rab-binum, sed conversum ad Christianam fidem sub Pon-tificatu Alexandri VII. vocatum in Judaismo Janue-lem Nabiam Venetum: renatum vero salutari aqua Baptismatis Julium Maurocenum Ledorensem lingue Hebraice in Collegio de Propaganda Fide Romanæ: qui in Opere suo Italico, typis dato Romæ Ann. 1683. cujus Titu-

Titulus Via della Fede mostrata a gli Hebrei Part. 2. c. 29. p. 544. ita scribit: *Stabilita in questa guisa da Dio la notte del giorno 14. di Nifan, per la celebrazione della Pasqua, ed il 15. giorno per primo giorno degli Azimi festivo, per memoria dell'uscita dall'Egitto de' vostri Padri; stupisco, che abbiate avuto ordine di opporre alla legge del Signor Iddio quella de i vostri Rabbini לאבירו רי פסח בלחם מצות לרבינו לוחם* lo Badu Pasch Lengholam, cioè che non si celebri mai in eterno la PASQUA, o il primo giorno festivo nella feria seconda, o Lunedì; feria quarta, o Mercordì; feria sesta, o Venerdì. Sopra la qual finta regola appoggiati alcuni incauti pubblicarono, che se il Nostro Signore GIESU CHRISTO morì di Venerdì, non morì il giorno di Pasqua. Ma ciò si convincerà dall'Evangelio in un altro Capitolo; Et paulò post pag. 546. sequitur: *Quando fosse introdotta l'usanza, o la legge di schivare la Pasqua nelli tre giorni del ברוך Badu, non si può cavare dalla Scrittura, che è contraria, provandosi, che Israele in Galgala fece di Venerdì la prima Pasqua, secondo, che si raccoglie da Giofue al cap. 4. vers. 19. e cap. 5. vers. 11. Et paucis interjectis, subdit: Vanno perciò immaginandosi, che quando era in piedi il secondo Tempio, fosse da i Sanedrim posta la Regola di non fare in certi giorni le feste, e tra le altre quella פסח לאבירו lo Badu Pasch, la Pasqua non averli a fare nel Lunedì, Mercordì, e Venerdì. His attentis relationibus de Rabbinica traditione transferendi Pascha, primumque festivum diem Azymorum in sequentem diem, quando veniebat in feria sexta, satis mihi videtur probabile, quòd, anno Passionis Redemptoris Nostri, Principes Judaeorum, & Pharisaei distulerint primum diem Paschalem ad diem Sabbati incidentes non secundum praescriptum legis Moisaicae, sed secundum Calendarium Rabbinorum, de quorum numero cum fuerint tum Lyranus antiquus, tum Maurocenus iste modernus, & uterque attestetur ita apud Judaeos fervari, iidem est defendendum, juxta Regulam Juris, standum est peritis in arte. l. 1. in princ. ff. de Ventre inspicient. ubi Gloss. & Bart. cap. Proposuit, & ibi Felin. & omnes scribentes. De Probation. Menoch. conf. 311. n. 16. ubi citat Nevizian. lib. 5. Sylv. Nupt. n. 69. dicentem; posse recedi à recepta Doctorum opinione ob dictum periti in arte. Concordat Mascardus de Probation. concl. 1174. infinitos DD. cumulans, & declaratans num. 20. Regulam esse infallibilem, quando ad minus periti sunt duo; sique boni nominis, ac famae, ut in casu nostro.*

Ratione autem moveor ad tenendum, quòd Judaei anno, & die Dominicae Passionis, ideò non introierint Praetorium, ne contaminarentur, sed ut manducarent Pascha post occasum solis ejusdem feriae sextae; & sic distulerint primum diem Paschalem ad diem Sabbati sequentis; nam dies Pentecostes eodem anno venit in die Dominica; si autem Pascha aut primus dies Paschalis, seu Azymorum fuisset celebratus à Judaeis feria sexta, festivitas Pentecostes incidisset in diem Sabbatum. Pro intelligentia sciendum, quòd Hebraei post Pascha Azymorum habebant aliud solemniissimum Pascha, quod vocatur Pentecostes, post dies quinquaginta à die prima azymorum; nam Pentecostes dicitur à *Pente*, idest quinq; & à *coffe*, idest decem, quia quinq; decem dies sunt inter festum Resurrectionis, & Pentecostes, computato utroque festo. Gloss. in Clem. Unica, §. Pentecostes, De Reliquiis, & Venerat. Sancti. Celebrabant Judaei Pentecosten in memoriam legis datae à Deo per Moysen in Monte Sinai, quinquagesima die post eorum egressum ab Aegypto. S. Leo Serm. 1. de Pentec. Beda Hom. Vig. ejusdem festi. S. Hier. mens. 22. Rabanus de Instit. Cler. lib. 2. cap. 31. & S. Thom. 1. 2. quaf. 102. art. 4. ad decimum. Idcirco incipiebat numerus horum quinquaginta dierum à die secundo Paschae azymorum inclusivè; & expleto pri-

mo die ejusdem Paschae azymorum, in quo Israel exivit ab Aegypto, in quo quidem secundo die Azymorum offerrebat in templo manipulus Primitiarum, ut his verbis praecipitur in Levit. 23. 15. *Numerobitis ab altero die Sabbati (idest festi primi Azymorum) in quo obfusillis manipulum Primitiarum septem hebdomadae plenas, usque ad alteram diem expletionis hebdomadae septima, quinquaginta dies, & sic offeretis Sacrificium novum Domino. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum; omne opus servile non facietis in eo. Igitur, videtur dicendum, Judaeos, anno quo CHRISTUS passus est, celebrasse Pascha, diemque primum Azymorum, non feria sexta, ut ex praescepto legis tenebantur, sed Sabbato juxta Rabbinorum traditionem; quandoquidem post Sabbatum coepit prima dies ex quinquaginta, qui denumerandi erant usque ad Pentecosten, & sic eo anno festum Pentecostes venit die Dominico; de quo dubitare non licet, nam Ecclesia Catholica ab Apostolis edocta semper celebravit, & celebrat Pentecosten die Dominico. Motivum autem Rabbinorum transferendi Pascha in diem Sabbati, quando veniebat in feria sexta, non fuit timor transgrediendi Sabbatum, colligendo spicas pro formando manipulo Primitiarum, offerendo per Sacerdotes Deo in templo; ut innuere videtur Barrad. tom. 4. concordat. Evangelist. lib. 10. c. 1. Vers. non tene argumentum. Quia illa collectio spicarum erat à lege permessa, quemadmodum permittebatur in Sabbato machare victimas pro Sacrificiis; sed quia sic celebrabat Pascha azymorum die Lunae, aut die Mercurii festum Chabur castitatis expiationis, quod occurrebat in mense septimo, cadebat in diebus Veneris, & Dominicae respectivè, & sic Judaei sentiebant nimium incommodum ob prohibita in diebus diebus inebriationem, & preparationem. Differere verò Pascha ad Sabbatum, si veniebat feria sexta ne festum scenopogium, hoc est Tabernaculorum veniret in Sabbato, in quo tenebantur cadere ramos ex arboribus; ex Levitico praescepto c. 23. 40. ibi: *Summitisque vobis die primo fructus arboris pulcherrima, spualitque palmarum, & ramos ligni dejenarum frondium, & salices de torrente, & labramini coram Domino Deo vestro. Putabatur autem hujusmodi casurum esse Sabbati praevaricationem. Ita Dominicus Maccet, veratissimus in linguis, & plagi Orientalibus, quas adivit missus ab Apostolica Sede, in suo eruditissimo Hierolex. Verb. Pentecostes; cujus verba me delectat transcribere ad majorem Lectoris instructionem.**

PENTECOSTES *pentecostes*, idest, *Quinquagesima*, quia hoc solemniissimum Pascha post quinquaginta dies à Pascha Azymorum celebratur, in qua Hebraei traditionem legis à Deo Moysi factam solemniiter commemorabant. Appellatur etiam *Quinquagesima*, *Festum Hebdomadum*, *Festum Messis*, *Festum Primitiarum*. Et penes Hebraeos incipiebat praedicti dies quinquaginta à secunda die Azymorum numerari, in quo die spicas metebant, ut Domino offerrent. In eo vero anno, in quo Redemptor noster mortem subierat, dies secunda azymorum in Sabbato acciderat; in qua die cum prohibita sit Hebraeis omne servile opus, ideò in alterum diem, nempe Dominicum Resurrectionis obtulerunt manipulum spicarum Hebraei; quod non sine providentiae Divinae misterio occurreret; nam manipulus ille, in alium elevatus (juxta eorum ritum) Christi Resurrectionis Symbolum fuit. Itaque eo anno, cum ab Hebraeis principium eorum Quinquagesima numerari inciperet à Dominica; sic etiam eorum Pentecostes in Dominica concludebatur, eo proventus die, quo supra sacrum Apostolorum Collegium Spiritus Sanctus descenderat. Hoc enim passio dubium à multis agitarum, solvitur; quomodo, nimirum, eo anno in die Dominica Hebraicum Pentecostes occurreret, apud Belarmin. lib. 3. de Cultu Sanctor. cap. 3.

Melius tamen praedictum dubium, si Rabbinicam observationem admitteremus, resolveretur; quae obser-

vatione cavetur in eorum Calendario, ne Azymorum Pascha in die Lunae, Mercurii, ac Veneris ob sequentes rationes incidat. Non enim de die Lunae, aut Mercurii celebrant praedictum Pascha, ne scilicet dies CHEPUR in Veneris, aut Dominica diebus cadat. CHEPUR siquidem Remissionem significat, quod in septimo mense celebratur, in quo vitae coeque, aut cibos preparare nequeunt, & jejunare debent à primis Vesperis CHEPUR usque ad sequentes festivas Vesperas, cum apud eos maximus culparum vitae destitutus sit. Itaque si in Lunae, vel Mercurii diebus Pascha celebraretur, cadere CHEPUR in Veneris, vel Dominica diebus, & sequeretur, quòd per biduum abstinere debuissent à cibis, dum in Sabbato, vel antecesserent ad CHEPUR, & cadere in Dominico, vel subséquenter, si idem in die Veneris venisset, cibos preparare, aut coeque nequirent.

Subsequitur ultior Pascha in die Veneris (notetur) ne cadens postmodum in Sabbato primus scenopogium dies, praetermittere tenerentur, ramos ex arboribus cadere, cum sit opus servile, & in Sabbato prohibita; nam ex cap. 23. Levitici, in prima die scenopogii praescribitur eis talis ramorum casura, ut dictum est in dictione HOSANNA.

In anno igitur, in quo passus est CHRISTUS, juxta lunarem computum Hebraicum, Pascha venerat in die Veneris, quemadmodum idem Redemptor observaverat, qui Rabbinicae traditione minimè curans, agnum comederat in die Jovis ad Vesperas Paschae sequentis, sed secundum Rabbinicam observationem incidentes Hebraei Pascha in die Sabbati celebraverat, ne illud ex adultis observationibus in diem Veneris incidere, & ideò comestio Agni Hebraica ad cenam Veneris facta fuit; in quo die, ut JOHANNES Evangelista cap. 18. vers. 8. bene notat: *Ipsi non introierunt in Praetorium, idest in die Veneris, quando nequid CHRISTUS patiebatur, quia in illis Vesperis manducaturi erant Agnum Paschalem; ideoque subdit, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Idemque manifestavit idem Evangelista, quòd tale Parasceve Pascha non erat juxta Moisaicam institutionem, & Apostolicam observationem; nam CHRISTUS cum Apostoli pridi, quam pateretur, idest, in Jovis die ad cenam, comestione Agni celebraverat; illa autem participata celebratio Hebraeorum Rabbinica fuerat. Paucis omissis sequitur.*

Quae traditio, si pro vera habeatur, dicendum necesse est, quòd manipulus spicarum in die Dominico tunc oblatus fuisset, cum Pascha in die Sabbati celebrata esset. Quae responsio magis consona videtur, non enim pro divina oblatione prohibita erat spicas colligere, messisque exercere in die Sabbati; cum in ordine ad sacrificandum permissum quidem sit servile opus in eodem Sabbato; sicut & pro sacrificio machare victimas licitum erat: prima igitur opinio absque supposito fundamento insulsa remanet.

In eodem attem die, (notetur & hoc Divinae Providentiae attem) in quo penes Hebraeos, propter festum Pentecostes recens frumentum Domino offerrebat, sub eadem frumenti specie CORPUS CHRISTI Divus Petrus sacrificavit; primam enim Missam in hac die intra Convaculum Sion celebraverat. Pamelius tom. 1. Liturg. Eccles. Latinae.

Tertia Conclusio. Tandem ad majorem confirmationem Ritus Panis Azymi semper relenti ab Ecclesia Latina, nec non ab Ecclesia Graeca, quousque in eam illum prescripti Michael Cerularius, duo proponenda, & resolvenda remanent obiecta.

Primum est Historia Ebionitarum haereticorum, qui afferebant, legem Moisaicam una cum lege CHRISTI esse fervendam, & ideò confecerant Corpus CHRISTI in Azymo, ut imitarentur Judaeos; quapropter fertur ab Ecclesia constitutum, ut donec dicitur Haeresis extingueretur, confectio fieret in Pane fermentato. Ita S. Thom. in 4. dist. 11. quaf. 2. De Sacramento Eucharistiae.

art. 2. ad 3. quaf. S. Bonaventura in 4. dist. 11. art. 2. quaf. 1. in fin. Scotus in cod. lib. 4. dist. 11. quaf. 6. in fine. Et alii, quos citat P. Macedo in d. Disquis. de Azymo cap. 3. pag. 34. Non leve est obiectum, quia magna est auctoritas Scholarum Principum sapientiorum, qui dictam historiam commemorant. Caeterum cum de ea apud Historicos tum antiquos, tum modernos nullum reperatur vestigium, ut testatur idem P. Macedo d. cap. 3. pag. 35. dicens: *Evolvi plurima literarum monumenta, ut scibi aliquod fundamentum ejus Historiae invenire potuissem, illud in medium asserrem, & propagarem, ut eorum (S. Thomae, S. Bonaventurae, Scoti, & aliorum) existimationi consulere; sed nihil invenire potui, quod fidei eorumdem vindicaret. Non absque causa eam negant sapientissimi Auctores, inter quos Gabriel Vasquez in d. disput. 172. Henriquez de Euchar. c. 10. Gardin. Baronius anno 34. & Lindanus in Apolog. pro Liturgia Petri; siquidem mutationem Azymi ajunt factam à Leone Pontifice; sed cum novem habeamus Pontifices hujus nominis, in decem prius Ecclesiae saculis, non expriment, qualis ipse fuerit; & non est verisimile, mutationem ita solemnem decretam fuisse ab Ecclesia absque Papali, vel Conciliarum signi, & Magistrati Constitutione; quae vel in Corpore Juris Canonici, aut Conciliorum, aut Bullarii reperitur. Referunt Platina in Vita S. Alexandri Primi Papae, & Martyris, nec non Ciaccionius in eadem Vita; atque Polydorus Virgilius de Rerum Inventoribus lib. 5. cap. 10. pag. 444. quod ipse Sanctus Pontifex praecipit, ut oblato in Azymo, non autem in fermentato, in omnibus Ecclesiis, conficeretur; cumque creatus fuerit Pontifex S. Alexander anno 118. & haeretici Ebionitae extiterint in primo saeculo, ut notant Card. Baron. Ann. 74. & Sallies lib. 3. Reg. 216. n. 81. est potius credendum, quòd aliqui Episcopi, seu Sacerdotes, vel Graeci, vel Latini; ut fe exciperent à praedictorum haereticorum nota, profitentium esse celebrandum in Azymo in continuatione legis Moisaicae, inceperint confecrare in fermentato versus finem praedicti saeculi primi, quòd statim ac Sedes Apostolica intellexit, in principio secundi saeculi, sedente in ipsa Alexandro Primo, promulgaverit Decretum de continuando ritu Panis Azymi in confecratione juxta exemplum CHRISTI, & traditionem Apostolorum; ad eundem Introductio fermentati panis in Mensa Eucharistica facta non fuerit ab Universali Ecclesia, vel à Summo Pontifice in odium Ebionitici erroris, sed à nonnullis Sacerdotibus, seu Episcopis ex bono, fed particulari instinctu, quòd facile potuerit accidere, praesertim in longinquis Diocesisibus, & in Armeniae remotis regionibus, ubi erant Ebionitae, ut observat Ciampinus di. tra. de Azymo cap. 6. pag. 141.*

Secundum obiectum est, quòd facit Emin. Card. Bona Rer. Liturg. lib. 1. cap. 23. n. 8. ex his, quae leguntur in Vitis Pontificum Romanorum Melchiodis, & Sirkii, & Innocentii Primi. Nam de Melchiodis hac habentur: *Hic fecit, ut oblationes confecrate per Ecclesias ex consecratu Episcopi dirigerent, quòd declaratur fermentum. Ergo, si oblationes confecrate dicebantur fermentum, Eucharistia fiebat in fermentato; ipsa enim sola venit appellatio oblationis confecratae. De Sirkio, sic: Hic constituit, ut nullus Presbyter Missas celebraret pro omnem hebdomadam, nisi consecratum Episcopi loci designatus suscipere declaratum, quòd nominatur fermentum. Illud declaratum confecratum non videtur esse nisi Eucharistia. Ergo conficiebatur in fermentato. De Innocentio Primo in ep. ad Decentium cap. 5. sic: De fermento, quòd die Dominico per titulum mittimus, suscipi nos consulere voluisti, cum omnes Ecclesie nostrae intra Civitatem sint constitutae; quarum Presbyteri, quia die ipsa propter Plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, ideò FERMENTUM a nobis*

nobis confectum per Acolybos accipiunt, ut se à nostra communione, maxime illa die, non iudicent separatos. Quod per Parochias fieri debere non potest; quia non longè portanda sunt SACRAMENTA. Igitur, si fermentum, quod mitteretur à Papa, die Dominico à se confectum, ad Ecclesias Urbis, erat Sacramentum, signat Eucharistiam in Pane fermentato. His modis obiectis Emin. Card. Bona loc. supracit. communiatur, iuge non fuisse ritum Azyini in Ecclesia Latina.

Sed contrarium tenendum est cum Eminentiff. Card. Baroni, & Spondano ad Annum Christi 1173. Et alii, quos citat, & sequitur P. Macedo in d. Diss. quif. de Azyino cap. 11. & Ciampinus cap. 4. per plures SS. sequentes, ubi post varias Sapientum hominum interpretationes illius vocis Fermentum, eruditè demonstrant, oblationes illas, Fermentum appellatas, non fuisse, Sacram EUCARISTIAM, sed Eulogias; id est Panem simpliciter benedictum, quem Papa mittebat ad Presbyteros, & Plebem in figuram fraternæ charitatis, & unionis, ut illis temporibus erat in usu, & ostendimus supra in explicatione Eulogiarum. Probat 1. Quia indecens fuisset mittere Sacrum CHRISTI Corpus per Parochias, ad solum finem demonstrandi fraternam charitatem. 2. Tantò magis per manus Acolythorum, quibus nunquam fas fuit attingere, vel deicere SS. EUCARISTIAM. 3. Maxime quia ipsi Presbyteri Missam celebrabant, eam consecrarent, & sic populus Eucharistia non indigebat. 4. Nec turbat, quod illud FERMENTUM nominetur OBLATIONE CONSECRATA, nam ex S. August. lib. 12. de Civitate Dei cap. 6. Omne opus, quod agitur, in sancta societate in hæreatur Deo, dicitur OBLATIO, & Sacrificium. Immo ex Turian. lib. 5. cap. 4. contra Magdalen. confessio salis, & aquæ benedictæ appellatur Oblatio spiritualis. 5. Etiam in Rituali Romano res, quæ simpliciter benedicuntur, dicuntur consecrari, ut in orationibus pro benedicendis Sacerdotalibus indumentis, Mappis, & Corporalibus; & est mos loquendi antiquus, nam Corporale ab Episcopo benedictum, dicitur consecratum in c. Confessio de Consecr. dist. 1. 6. Immo ex Emin. Card. Baroni anno 1714. Sacra EUCARISTIA non nominabatur Sacramentum, quod est nomen genericum, sed SACRA MYSTERIA, vel COMMUNIO. 7. Hinc simplicem panem benedictum, & Catechumenis concessum vocavit Sacramentum S. August. lib. 2. de Peccator. meritis. & remissis, cap. 26. quod observat Card. Bell. lib. 2. de Sacram. in gen. cap. 24. Card. Baronius Anno 1173. n. 67. Henriquez lib. 1. de Sacram. cap. 2. Suarez tom. 3. in 3. part. dist. 46. §. 6. ad fin. Vasquez tom. 2. in 3. part. dist. 166. cap. 4. de Cærem. Baptismi. n. 32. & alii allegati per Ciampinum in d. cap. 4. cap. 5. cap. 6. & c. 7. & per Macedonem d. Diss. quif. e. 6. pag. 103. Qui in toto opere evacuant reliquas conjecturas compactas per defensores Panis fermentati; in quarum relatione non immoror; sunt enim evidenter æquivocæ, & inconcludentes, quæ de Jure nullam probationem faciunt. Rota decis. 620. n. 6. & decis. 629. n. 24. part. 4. recent. tom. 3. Conciol. allegat. 6. num. 32. Tandem, corollari loco, in hoc primo Quæsitò, notandum, Materiam ex Azyino, qua utitur Ecclesia Latina in consecratione EUCARISTIE, antiquitè consuevit appellari OBLATAM, quia à fidelibus offerrebat, ut ex cap. 1. Concilii Arelatensis V. & ex supradicta responsione Cardinalis Humberti ad Michaelem Cærolarium demonstrat Emin. Card. Bona d. lib. 1. cap. 23. sub n. 10. 11. ad advertens ibidem, OBLARAS semper fuisse formæ rotundæ. At hodie communiter denominari HOSTIAM notat Dominicus. Mæcer d. Verb. in Hierolexic. sic dictam ab hoste victo; representant enim passionem, & mortem REDEMPTORIS, qui mortem nostram mortuo destruxit, & vitam resurgendo reparavit. Diver-

fas verò effigies in HOSTIA fuisse olim impressas, ut potè CHRISTI ad columnam alligati, vel è sepulchro emergentis, & resurgens docet Aloysius Novarin. in Agno Eucharistico cap. 69. Honorium autem Papam III. præcepisse anno 1220. ut in Hostiis consecrandis imago Crucifixi imprimeretur, subdit Mæcer in d. Verb. Hostia. Et ita feruari nostris temporibus videmus.

DECISIONES XII.

Ad Martii Quæstum secundum.

ARGUMENTUM.

Agitur de materia consecrationis Sanguinis Domini. Exponitur, quæ sit materia dubia, quæ incepta, quæ certa? Colliguntur figuræ ex Testamenti veteri circa vinum convertendum in Sanguinem Domini. Proponitur, & examinatæ solennis Quæstio, An Aqua posita in Calice transeat in naturam Vini? Id firmatur rationibus Philosophicis, & Theologicis relatis prius Controuersitarum varis opinionibus.

SUMMARIUM.

1. Materia Sanguinis Christi consecrandi quæ sit?
2. Materia incepta pro consecratione Sanguinis.
3. Romane Matrone non poterant bibere vinum, sed loram tantum.
4. Materia dubia pro consecratione Sanguinis, quæ sit?
5. Materia Sanguinis certa est Vinum ex vitibus.
6. Beati in Cælo non ebant, nec bibent?
7. Noe ante Diluuium nescivit, quid esset vinum.
8. Vinum quod futurum esset materia consecrationis Sanguinis antiquitè figuratum.
9. Aqua ebullita cum vino, si excedat eius quantitatem, facit illud materiam ineptam ad consecrandum.
10. Vinum miraculosum est materia apta consecrationis.
11. Aqua purissima est miscenda in Calice ob plurima mysteria.
12. Graeci bis miscent aquam in Calice, prius frigidam, deus calidam.
13. Aqua mixta cum vino in calice an transubstantietur in Sanguinem Christi, opiniones quinque.
14. Aqua, secundum communiorum opinionem, posita in Calice prius convertitur in vinum, deinde in Sanguinem Christi.
15. Aqua in Calice secundum aliquos immediatè convertitur in Sanguinem.
16. Utraque opinio probabilis.
17. Aquam in Calice statim converti in Vinum probatur rationibus Philosophicis.
18. Vinum habet magnam aduositatem ob abundantiam spirituum ignitorum, quibus constat.
19. Agent physicum debilitatur in agendo, & repercutitur à contrario.

QUÆSITUM SECUNDUM.

Quæ sit Materia in Consecratione Sanguinis CHRISTI.

Responsum fuit esse Vinum ex vitibus desecatam cum admixtione modicissimæ Aquæ in Calice. Ex quibus verbis desumuntur quatuor Resolutiones, quarum Prima excludit materiam consecrandi Sanguinis ineptam. Secunda ponit materiam dubiam. Tertia firmat materiam certam. Quarta declarat tria dubia concernentia admixtionem Aquæ cum Vino in Calice.

Prima

Prima resolutio excludit materiam ineptam, in qua valde consecrari non potest Sanguis CHRISTI, videlicet: 1. Vinetum, seu Aquaticum, vulgò Acquayello, Aquaticcio, Grapsia; in quo major, five maxima est pars aque superflua. cap. Perniciosus. 13. de celebr. Missæ. Emin. Card. de Laurea d. tom. 1. in 4. sent. dist. 18. n. 55. Quartus in Rub. Missal. part. 2. tit. 7. §. 1. dub. 6. ratio est, quia hæc vineta verè non sunt vinum; teste Plinio l. 4. cap. 10. ubi ait, Non possunt dici vina, quæ Græci Deuterias appellant: Cato, & nos loram, maceratis aqua vinacæis; quamvis inter vina operaria numerentur. Dicitur enim lora, quasi lora, quia est aqua, cum qua vinacæ, ablato musto, sunt lotæ. Hinc quamvis Romanorum leges prohiberent bibere vinum Matronis Romanis, licitum illis erat potare loram; prope scribit Gellius lib. 10. cap. 22. his verbis: Qui de vitibus, atque cultu populi Romani scripturunt, Mulieres Romæ, atque in Latio atatem obtemperant, hoc est, vino semper, quod Temetum prifca lingua appellatur, abstinuisse dicunt: institutis causis, ut oleris osculum ferrent, deprehendentes autem solitas ferunt loram. Quod confirmat Vaito de vita populi Romani dicens: Antiquæ mulieres, majores natæ, bibebant loram. 2. Excluditur Agrestis, & Acetum. Illud, quia licet sit in via Vinum, adhuc non est Vinum, siud nam, est fuerit Vinum, non est amplius tale ob corruptionem, & eo homines non utuntur ad potandum; immò potius ad comedendum. Exemplum habemus in libro Ruth cap. 2. n. 14. ubi Booz eidem puellæ Ruth ait: Quando horis vescentis fueris, veni huc, & comede panem, & iminge bucellam tuam in aceto. 3. Nullum colium, vel Sapa non est materia apta ad consecrandum; nec etiam mustum in Uvis contentum cap. Didicimus; & cap. segg. de Consecr. dist. 2. quia horum nullum est potabile, & fluidum, idèque neque Vinum imbibitum in ossa panis, vulgò Zappa. Emin. Card. de Laurea d. dist. 18. n. 50. 51. & segg. Marius in Theologia moral. dist. 18. n. 18. & Colleg. Salmantic. in cursu Theolog. moral. tom. 1. tr. 4. c. 4. par. 2. 4. Excluduntur tandem quæcumque vina, quæ non sint ex vite, nempe Mororum, Malorum granatorum, Cervisæ, Hordei, & alii succis; ut passim omnes DD. neque etiam Aquavitis, quæ est spiritus lambicatus pro ignem ex vino. Emin. Card. de Laurea d. dist. 18. n. 60. Vers. Probat 2.

Secunda Resolutio ponit materiam dubiam consecrationis Calicis. Talis est Vinum acidum, Vinum congelatum, & Vinum expressum ex Uvis passis. Hæc vina dicuntur materia dubia; quia Vinum congelatum esse materiam sufficientem; at insufficientem Vinum expressum ex Uvis passis tenet ipse Emin. Card. de Laurea d. dist. 18. n. 56. & n. 60. E contra Vinum ex Uvis passis esse aptam materiam, non etiam Vinum congelatum docet Gonet d. tom. 5. dist. 3. de Mat. Eucharist. art. 2. Et Gobat in Theologia Experim. tr. 3. n. 49. & 55. Ex his dicendum, cum non liceat consecrare in materia dubia, ab istis speciebus abstinere oportere. Tertia Resolutio firmat: Quod Vinum ex Vitibus sit materia certa consecrationis Sanguinis Domini, & probatur, non solum ex cap. Firmiter. De Summa Trinit. & Fide Cathol. ex Concil. Florentino, & ex Trident. sess. 13. can. 2. Sed etiam ex Evangelio Matth. 26. & Marc. 14. ubi Saluator statim post consecrationem sui Sanguinis, illum porrigendo discipulis ait: Non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illam, cum illud bibam vobiscum novum in Regno Patris mei. Ergo materia consecrata à CHRISTO in Calice fuit Vinum ex Vite. Sed numquid Beati in Cælo bibent vinum juxta prædicta Domini verba? & illa apud S. Lucam cap. 22. Vers. 29. & 30. Vos estis, qui permanistis mecum in tentatio-

nibus meis, & ego dispono vobis regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo? Respondetur, quod Beati in cælo non ebriant, nec sicut amplius. Isa. 49. Siquidem Surgat corpus spirituale, 1. Cor. 15. & sic non erit opus alimentis. Quocirca etsi pro indubitato admittant Theologi, quod fenibus vitis, auditus, & tactus exercebant adus suos in cælo, de cæteris sensibus nihil certum habent. Non enim Regnum Dei est cæca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto. Rom. 14. 17. in quem locum ait S. Hieronymus. Hic manifestè monstratur, quoniam Regnum Cælorum cibum, & potum non habet temporalem; sed illic spiritualiter vivitur. Igitur edere, & bibere in Regno Dei intelligitur tropologicè, de fatietate gloriæ, juxta illud Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Psal. 16. 15. Et imbrabuntur ab ubertate domus tua. Psal. 35. 9. Quod bene explicat Emin. Card. de Laurea in 4. sent. tom. 4. dist. 21. de beatitudine corporum art. 8. & Matrisius in Theol. Mor. dist. 25. num. 91.

Quod autem Vinum ex vite futurum esse Materiam consecrationis Sanguinis Redemptoris præfiguratum fuit in scriptura Sacra, non quidem ante tempora Noe; quia, ut scribit ipse S. Hieron. lib. 1. contra Iovinian. Ante diluuium nec fuit usus carnum, nec vetus padium uxorum, nec circumcisio, nec potus vini, & idè excusatur Noe ab ebrietate, cum bibisset vinum, nescius potentia, & efficacia illius. Gobat in Quinario de Ebrietate tract. 5. cap. 7. n. 14. Potè post Noe, legitur quod Melchisedech Rex, & Sacerdos obtulit panem, & Vinum Gen. 14. de quo S. August. Epist. 95. ad Innocent. Papam sic ait: Melchisedech prolatò Sacramento mensæ Domini, novit æternum eius Sacrosanctum figurare. Item cum Patriarcha Jacob benediceret filium suum Judam, dixit: Non auferatur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium, lavabit in Vitis Stolas suam, & in Sanguine Vitis pallium suum. Gen. 49. 10. quod ressumens Tertullian. lib. 4. aduers. Marcionem inquit: Stola, & pallium carnem demonstrat, & vinum Sanguinem; ita & nunc Sanguinem suum Vitis consecravit, qui tunc Vinum in Sanguine figuravit. Item vaticinans Isaias 63. 2. exclamavit: Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Quod de Vitis Calicis Eucharistice exponit S. Cyprianus. Sed & in Sacrificiis legis veteris non solum offerrebat panis Domino, sed etiam vinum, ut legitur Levit. 23. 13. Liba quoque vini quarta pars bin. Et num. 15. 5. Et Vinum ad liba fundenda ejusdem mensuræ dabit in holocaustum; & cap. 29. pluries præcipiuntur cum victimis offerri etiam libamina, id est Vinum, ut observat Julius Maurocenus in dist. Tract. Via della Fede parte 2. cap. 21. pag. 390. Qui cap. 51. ad pag. 930. advertit à Rabbiniis prohiberi cuiusque Judæo, nec bibat Vinum Christianorum, quod vocant יין יאירי Jain Hefsch, id est, Vinum libaminis, aut idololatriæ, in odium tum benedictionis, quam Christiani facere solent super vino. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; tum Sacrificiis incurrit Missæ. Subdit autem pag. 934. quod apud Turcas, ubi Judæi habent suos יין יאירי, Memunim, id est Gubernatores, & Judices, puniuntur etiam corporaliter, si bibant vinum Christianorum, & narrat de ipsis Judæis hanc lepidam annotationem: Quando succedet tra est qualche disparere (poichè nella loro usanza chi più grida, ad alza la voce, quello ha più ragione) per vituperarsi uno l'altro, rinfacciandosi i loro misfatti, dice uno all'altro: Che mi puoi dire? Che io abbia fornicato? adulterato? E' vero: ma non mi potrai dire che io abbia bevuto Vino Nescio. Da qui si comprenda in che conto sia tenuto tra gli Ebrei chi beve vino de' Cristiani, essendo tenuto tra essi per

C 3